FAUSTAE ACCLAMATIONES ET OMINA,

QUIBUS

FESTIVITATEM NUPTIARUM,

QUAS CUM

VIR

HONESTISSIMUS AC PRUDENTISSIMUS

DN. ERHARDUS Würtzel/

CIVIS AC MERCATOR THORUNIENSIS

AESTUMATISSIMUS

CUM

VIRGINE

OMNI VIRTUTUM ELEGANTIA

MAXIME EXORNATA

ANNA MARIA,

VIRI

NOBILISSIMI AMPLISS. AC PRUDENTISSIMI

DOMINI

JACOBI Schultzs/

CONSULIS THORUNIEN. MERITISSIMI,

FILIA UNICA ET AMANTISSIMA,

D. V. MAII A. cIↄ IↄccXI.

FELICITER PACISCERETUR,

PROSEQUI VOLUERUNT,

RECTOR ET PROFESS. GYMNAS. THOR.

THORUNII,

Impressit Joannes Nicolai, NOB. SENAT. & GYMN Typographus.

Itzt zieht die gantze Welt fast Schild und Harnisch an!
Die Helden trachten nur nach Treffen/Streit und Kriegen.
Treibt manchen Ungedult mit auff die Ritter-Bahn
Eh er des Andern Macht mit Schimpff wil unterliegen/
So rauchet doch das Schwerdt von lauter Blut-vergiessen
Wann so viel tausenden zugleich verderben müssen.

Verdammte Krieges-Wuth/ des Glückes-Stöhrerin
Da dein erhitzter Stahl so viel zu Boden schläget!
Das Blut Erschlagenen/ sprichstu/ ist mein Gewinn.
Wenn sich nicht Geist nicht Krafft in kalten Gliedern reget
Wenn Länder Stadt und Dorff und Häuser wüste stehen/
So wil dir alles wohl nach deinem Wunsche gehen.

Bricht so die Krieges-Wuth/ der Länder Wohl und Glück/
Und wil zum Untergang der Menschen alles lencken/
Ist doch ein ander Recht so hier in diesem Stück
So Land als Häusern wil den vollen Wachsthum schencken.
Der süssen Liebe Macht kan solches Glücke bringen
Ja selbst des Kriegers Hertz in ihre Fesseln zwingen.

Die Liebe streitet nicht und/ dennoch sieget Sie
Entwaffnet Hertz und Geist/ und macht die Sieger dienen:
Daß Galle süsse wird/ und Arbeit keine Müh'
Daß tausendfaches Glück muß in den Städten grünen/
Ist nur der Liebe Werck. Wenn nach des Himmels Willen
Verliebte Hertzen sich in einem Zwecke stillen.

Es wird des Landes-Wohl durch Liebe nur gebaut
Weil Sie im Ehestand muß rechte Pfeiler geben.
Denn wie der Erde wird der Stamm sonst anvertraut
Von dem man künfftig wil vergnügte Früchte heben.
So ist der Ehestand die allgemeine Seule/
Damit nicht Land nicht Stadt bald zur Verwüstung eile.

Wolan/ Verlobtes Paar/ die reine Liebes-Gluth
So Euch zu einem Zweck nun Beyderseits verbindet/
Schützt selbst des Himmels Huld und dessen treue Hut:
Und weil sich eurer Schluß auff GOttes Willen gründet/
So wird/ wenn andere im Krieg und Streit verderben/
Die Welt viel schönes Wohl von Eurer Liebe erben.

Mit diesem wenigen legte seinen Hertzlichen
und wolgemeinten Glück-Wunsch ab

Petrus Iaenichius R.

OMnia dum florent, dum formosissimus annus,
Blandaque purpurei tempora veris eunt.
Dum mollis viridi se vestit gramine tellus,
Arbor et umbrosas induit alta comas.
Errabam Vislæ, Rodani Mottlæque fluenta
Inter, ab æquoreis dum strepit aura jugis.
Hic nitidas auro pictasque coloribus ædes,
Ac solido tectas vidimus ære domos.
Vidimus egregios veri candoris amicos,
Qui non fucato pectus amore ferunt.
Prata videns circum, florum mirabar honorem,
Dum vitreo ridens rore madebat humus.
Grata salutabant orientis lumina Solis,
(Dulce viatori mane levamen) aves.
Nuncia cum Gedanum pervenit epistola plena
Lætitiæ, & pleno gutture læta canens.
En! celebrat Sponsus cum Sponsa hymeneia festa,
Atque scatet Nymphis Chara Thoruna suis.
Nobile par hodie jungit dextramque fidemque
Associans lateri gaudia mille suo.
Multa salutarem commendat gratia Sponsam,
Multus inest castis virginibusque decor.
Ipse Parens nuper clari pars nostra Senatus
Antiqvum nostra ducit in urbe genus,
Sponsam condecorat pietas, animique facultas
Haud temnenda suo stat rediviva loco.
Sic bene cedit opus, sic gloria tendit in altum,
Multiplicatque novo fœdera culta toro,
Crescite felices, multosque videte nepotes,
Et recubet vestro gratia diva sinu.

Hæc auspicatissimis nuptiis precatur

M. Martinus Böhm.

SIsyphium *Bürtzel* frustra tunc volvere saxum,
Sectarique undas visus erat refugas;
Quum viduus vellet transire ad vota secunda,
Virginis eximiæ tactus amore gravi.
Obstabant causæ complures ejus amori,
Quæ poterant illum reddere difficilem.
Nimirum Virgo charâ jam Matre carebat,
A qua castus amor præcipiendus erat:
Accessit formâ pulchra quod *A*mata nitebat,
*A*c ideo multis sollicitata procis:
Præterea poterat conatui *A*mantis obesse,
Ægrè quòd viduo nubere virgo solet.
Ille tamen sumpsit frontemque animumque virilem,
Ludibrium nolens amplius esse Deæ,
Gnarus item dudum quid sit Venus effera, quodque
Hac pavidum verè pectus amare neget.
Ergo adiit *P*atrem poscens audacter amicam,
Ne pereant turpi tot sibi dona metu.
Annuit Is facilis votis precibusque procantis,
Si viduo tantum nubere virgo velit.
Hæc experta Patris mentem mox limina amanti,
Quae fuerant aliis clausa, patere jubet.
Qui dum colloquii concessa est copia primi,
Uno colloqvio basia bina tulit.
Excludi tamen haud meruit tam liber amator,
*P*rofuit audaci non tenuisse manum,
Qua dextram, mox colla genasque subegit amatæ.
Tam bene res cecidit, quæ bene cœpta fuit.
Namque potitus eâ, poterat quâ nemo potiri,
Sponsam constantis præmium amoris habet.
Nunc superest, ut nos devota mente precemur,
Conjugium hoc felix ut Deus esse velit.

Scr.
M. Martinus Bertleffius, P. P.